

M. ANTONII  
FLAMINII DE

2

REBUS DIVINIS  
CARMINA,

AD  
MARGARITAM

BENEFICIALLO

tum Regis sororem.

\*

PARISIIS.

1551.

M. ANTONII  
FLAMINII DE

2

REBUS DIVINIS  
CERMINA,

MARGARITAM  
HENRICI GALLO

rum Regis sororem.  
\*



PARISIIS.

1551.

705156652

# MARGARITAE

HENRICI GALLO-

RYM REGIS SORORI

M. Antonius Flaminius.

VM Petrus Carne-

cus lectissimus, & or-

natissimus vir, de tua

singulari erga Deū pie-

tate, & assiduo litera-

rum studio ad me multa scrip-  
sisset, hortatus-  
que esset ut siquid noni clucubratus essem,

id ad te mitterem, quod tibi scriptorū meo-

rum lectionem non iniucundam esse solere

affirmaret. hoc tam præclaro de te testimo-

nio commotus, & cum hominis amicissimi

authoritate adductus, tum humanitate tua

spertus. Carmina, quæ de rebus diuinis proxi-

mè cōposui, ad te mittere non sum veritus.

In his ego à meo vetere instituto discepsi:

Dauidem enim, & eius similes poetas

A 4

imitari malui, quam Horatiū vel Catullū,  
propterea quod in scriptione rerū diuina-  
rū, vt munditiā Latini sermonis & elegan-  
tiam adhibēdam esse non nego, sic omnem  
orationis pompam & fucū, & calamistros  
remouēdos cēseo. Itaque vt c. Lucilius pot-  
ta perantiquus dicere solebat, se non Per-  
sio scribere, sed Syculis & Tarentinis: sic  
ego quæcunque de rebus diuinis scripsero,  
ea solū religiosis, & literariū diuinarum  
amatoribus me scripturū profiteor, quibus  
sine dubio longè gratius faciam, si stylū ita  
tēperauero, quam si orationē fūco & pig-  
mentis illinam. Tu verò Margarita, religio-  
nis specimen clarissimū, hoc ab homine ti-  
bi deditissimo opusculum, quale id cunque  
est, habeto: quod si non in gratū tibi fuis-  
se audiā, & ex hoc molesto quartana mor-  
bo, quo iam multos menses conflictor, Dei  
benignitate conualuero, alia à me posthac  
huius generis munera expectato. Vale.

CARMINA  
PRÆCATIO MATVTINA

IAM noctis umbras lucifer  
Alma diei nuntius  
Terra poloque dimouet,  
Simulque nos cubilibus  
Nonet, et elissis pectore  
Preces ab imo fundere  
Ad templa summa cælitum.  
Oremus ergo supplices.  
Fontem perennem luminum,  
Vt sicut omnes aëris  
Illustrat ora, viuido  
Sic nostra corda repleat  
Fulgore sancti spiritus,  
Qui nos per hæc contagia  
Puros ab omni crimine,  
Traducat ad cælestium  
Sedes beatas: illius  
Nutu gerantur omnia:  
Cibumque siue sumimus,  
Seu quid negotij foris  
Tractamus, aut domi, intima  
Seu mente quid renouimus,  
Id omne semper gloriam  
Spettet beati numinis.  
Rector supreme cælitum

DE REBUS DIVINIS.

Quae mente tata possimus,  
Haec omnibus concedito,  
Qui corde puro te colunt,  
Et vnicum natum tuum  
Cum sempiterno spiritu.

PRECATIO MERIDIANA

I A M Sol citato fidere  
Suprema celi culmina  
Percurrit, alma feruidis  
Tellus calescit ignibus :  
At tu beato lumine  
Accende corda frigida  
Pater benigne, omnibus  
Tantos piorum sensibus  
Ignes amoris excita,  
Vt quicquid orbis continet,  
Prae te sit illud sordidum :  
Nec ulla via hunc feruidum  
Amoris aestum temperet,  
Sed usque crescens, omnia  
Conuexa celi transuolet,  
Summumque Patri vinculo  
Nos iungat insolubili.  
Hae nos ab imo pectore  
Precationes mittimus  
Tuas ad aures maxime

C A R M I N A.

Terra polique conditor,  
Tu vota nostra numine  
Dextro secunda, idque ad tuam  
Concede nobis gloriam.

PRECATIO VESPERTINA.

I A M vesper ortu incipit  
Diem teuebris condere :  
At nos parentem luminis  
Sancti precemur, ne sinat  
Noctem suorum mentibus  
Caliginosam irrepere :  
Seu dulcis alma recreat  
Sapor quiete, languida  
Seu liquit ille lumina,  
Nunquam recedat a piis.  
Lux sempiterna cordibus,  
Vt semper in dies magis,  
Magisque detur maximi  
Benignitatem numinis  
Videre mente lucida :  
Et hinc amoris optimi  
Ardere semper ignibus.  
Supreme calitum pater,  
Votis tuorum supplicam  
Anres benignas admoue,  
Vt sensa cordis omnia,

DE REBUS DIVINIS.

Et dicta, factaque ad tuam  
Sic dirigamus gloriam.

OPEM CHRISTI IN  
magna animi egritudine con-  
stitutus implorat.

IESU benigne, feruidas  
Precationes, & mea  
Ne quaeso vota despice.  
Vt terra, solis ignibus  
Hiulca, sic animus meus  
Afflictus, aeger, aridus  
Dulcissimum rorem tuum  
Expectat o salus mea:  
Refrigera mentem meam,  
Mœtus, dolores, lachrymas  
Muta perenni gaudio,  
Vt hæc querela stebiles  
Mutentur in laudes tuas,  
Et vox agendis gratias  
Noctes diesque personet.  
Ne quaeso more iudicis  
Quid egerim, quid dixerim,  
Quid cogitarim, pondera:  
Peccata sed mea omnia  
Tuo cruore deleas,  
Me vulnerum sanet dolor

CARMINE.

Tuorum, amara mors tua  
Cordi meo dulcedinem  
Inflillet, vt meam crucem  
Ei fortis & libens feram.

QUAM SINT BEATI,  
qui sumpta sua cruce Chris-  
tum sequuntur.

BEATUS ille, qui suam  
Tollit crucem quotidie,  
Magnisque IESUM passibus  
Sectatur: illum maximus  
Celestium pater sibi  
Adaptat vltro filium:  
Etque donat spiritum  
Peccata delentem omnia,  
Hereditatis inclite  
Pignus beatum, is intimo  
In corde miros excitat  
Patris amores optimi:  
Hinc ille temens omnia,  
Quæcumque tellus, & maris  
Arena diues continet,  
Letatur vincto Deo:  
Hunc spem, salutem, gloriam  
Suam, suumque gaudium,  
Patrem, magistrum nominat;

DE REBUS DIVINIS

Latusque semper dexterum  
Sibi regentem conspicit,  
Per hunc ut vita vias  
Formidolosæ ambulet  
Securus, et cari patris  
Benignitatem sentiat.  
Ergo nec illum territat  
Humana vis nec inferum  
Furor tremendus maximis  
Periculorum casibus.  
Ut dura rupes turgidi  
Fons procellis Adria,  
Immobilis semper manet,  
Nec cessat villo tempore  
Hostes, amicos, patriam  
Tuare negligens sui:  
Sic ille vitam calitum  
Colens, perenni gaudio  
Triumphat: impius licet  
Terra marisque sit potens,  
Palchrumque nomen occupet  
Felicis, est semper miser.

COMPARAT ANI-  
mum suum flori.

Ut flos tenellus in sinu  
Telluris almae lucidans

CARMINA.

Formosus explicat comam,  
Siros et imber educat  
illum: tenella mens mea  
Sic floret, alma spiritus  
Dum rore dulci pascitur:  
Hoc illa si caret, statim  
Languescit, ut flos arida  
Tellure natus, cum nisi  
Et ros et imber educat.

EOS TANTVM BEATOS  
esse affirmat, qui ceteris omnibus re-  
lictis Christo adhaerent.

ΠΡΟΣΟΥΕ vana somnia,  
Falsaeque rerum imagines  
O caci amare pergitis?  
Non forma vincens Nireas,  
Non diues usus purpurae,  
Non mens peragrans sidera,  
Campusque latos aëris,  
Marisque, terrasque infimus,  
Reddunt beatos: vnica  
Felicitationis est via  
IESVS benignus, omnium  
Dator bonorum, currite

DE REBVS DIVINIS

Omnes ad illum, currite  
Fidenter : ille deserens  
Amore nostri calitum  
Sedes beatus, pertulit  
Famem, sitimque, & vulnera,  
Mortemque diram, neminem  
Fastidit ille, perditos,  
Aegros, malorum pondere  
Pressos iuuare diligit :  
Non sic & optimum, & vnicum  
Amant parentes filium,  
Vt ille nos. 6 centies  
Beatus ille, maxime  
IESV, relictis omnibus  
Qui mente tota se tibi  
In seruitutem dedicat :

PRÆDICAT BENE-  
ficia à Christo in se & ceteros  
mortales collata.

IESV beate, numinis  
Aeterna proles maximi,  
Quibus tuam clementiam  
Efferre possim laudibus ?  
Tu pulchra linguens sidera  
Formata dextera tua,  
Mortale corpus induis,

DE REBVS DIVINIS

Et ipse terram deserens,  
Suprema cali culmina  
Conscendam : acerba vulnera,  
Crucisque dira sustines  
Tormenta, vt ipse callidi  
Serpentis ore saucius,  
Mortisque certus, gaudeam  
Vna potius calitum,  
Tuoque factus munere  
Tuus coheres. Fac precor  
IESV benigne, cogitem  
Hac semper, vt semper tibi,  
Summūque patri gratias  
Agam, pięque vos colam,  
Totaque mente diligam.

QVID SERVANDVM  
sit amatoribus Christi.

QVICVNQVE IESVM diligit,  
Humana discat omnia  
Nil estimare : diligens  
Opes, honores, gloriam,  
Amare IESVM puriter  
Nequit : relinque cetera,  
Vnūque IESVM posside :  
Nam quicquid est vsquam boni  
Sic possidebis, lachrymas,



DE REBUS DIVINIS

Metus, dolores pectore  
Tuo fugabit: dulcia  
Semper morantur gaudia,  
Vbi moratur candidus  
IESVS, voluptas unica  
Est ille amantium sui.  
Quin mater, & pater tuus  
Te derelinquent, optimus  
A dextera nunquam tua  
IESVS recedet omnium  
Fidus comes discriminum.  
Et cum suprema veneris  
Tibi dies, te transferet  
In sancta regna calitum,  
Fruaris vt vita simul,  
Et sempiterno gaudio.

EXPRIMIT AR-  
dorem amoris sui er-  
ga Christum.

TUE sc̄cte IESVUm mEA  
Amoris ista vulnere  
Suspirat, o salus mea  
MEe solue tandem vinculis  
Istis, vt euolem tuam  
Beatam ad presentiam:  
Fac interim magis, magis

CARMINA.

Amore totus ardeam,  
Vt pura mens à corporis  
Contagione amplexibus  
Euadat aptior tuis.  
Tu spes, voluptas, unicum  
Cordis mei sis gaudium.  
Benigne IESV da precor  
Humana cuncta spernere  
Te propter, omnia fac mihi  
Te propter vnum, sordeant:  
seu pulcher oras ætheris  
sol lustrat almo lumine,  
seu nox benigno languida  
Rigat sopore corpora,  
Comi, forsque mens mea  
Te quarat, inuocet, canat,  
solique sc̄ix in tuo  
Dulci acquiescat nomine.

HYMNVS IN CHRISTO.

IESVUM pudicæ virgines,  
IESVUM iuuentutis integra,  
IESVUM vivi, senes, annis  
Cantemus: in cuius fide  
Latamur esse, patrio  
Qui nos amore diligit,  
Fouetque summi numinis  
Æternæ filii, fiderum,

CARMINA.

Terra, marisque conditor,  
 Nil vasta celi immensitas,  
 Nil magnus orbis continet  
 Non dextera factum tuo,  
 Tu patri: in sinu sedens  
 Alis gubernas omnia.  
 Tu charitate maxima  
 Nostra misertus miseria,  
 Mortale corpus induis:  
 Diraque suffixus cruci  
 Nos morte vindicas tua  
 A sempiternis ignibus.  
 Tu morte victa, regiam  
 Reuersus ad tuam, simul  
 Tui colentes aurea  
 In parte celi collocas.  
 Te cætus omnis calitum  
 Noctes disque concinit:  
 Te sempiternus Spiritus  
 Salutis authorem unicum  
 Testatur esse: tu quies,  
 Lumen, voluptas mentium:  
 Tu pastor, agnus omnia  
 Peccata tollens, Pontifex  
 A Eternus, iram maximi  
 Sedare præsens numinis.  
 Clemens, suavis, optime  
IESU tuorum prospera

CARMINA.

Cursum benignus, vt soles,  
 Pidsque laudes suscipe,  
 Quas ore puro fundimus.

CHRISTVM INVOCAT,  
 magnitudine morbi se iam op-  
 primi sentiens.

I A Quinta luna cornua  
 Se luce complent horrida,  
 Cùm febre membra talida  
 Depascor, ossa frigore  
 Tremor furente concutit:  
 Den astus acer intimas  
 Vrit medullas, vt faces  
 Absumit ignis aridas.  
 Iam corpus amisi, mei  
 Vix umbra iam superat leuis,  
 Vt flos grauat us imbribus  
 Caput renellum deicit:  
 Sic mens misella perdita,  
 Cedit maloru n ponderi.  
 IESU benigne respice  
 Meos labores, dextera  
 Tua cadentem subleua.  
 Non illud ipse iam pr ecor,  
 Meo recedat corpore  
 Hac pestis: vnum id omnibus

CARMINA.

Votis require & obsecro,  
Vt robur & constantiam  
Mihî ministres, languidos  
Artus, medullas, omnia  
Hic ignis ossa deuoret,  
Dum mens refecta viuida,  
Tuâque fortis Spiritu  
Resstat, & semper tibi  
Iucunda laudes concinat.  
I E S V S benignus, optimus  
Horrenda passus vulnera;  
Dolentibus succurrere  
Est promptus, agrimoniam,  
Metus, querelas abiice  
Fidenter, ð anima mea,  
Quiesce, nomen inuoca  
Dulcissimum regis tui,  
Est ille munitissima  
Arx inuocantibus eum.

DOLET SE IAM SENEM  
feri, neque tamen adhuc cœpisse  
Deo ex animo seruire.

E H E V seneſta criminibus  
Iam sparsa canet, labitur  
Aetas vt vnda fluminis,  
Autem iue vellens pallida

DE REBUS DIVINIS.

Mors admonet, Miser ah miser  
Quousque pergis somnia  
Vmbraſque vanas persequi?  
Iam iam supremi iudicis  
Tribunal ad iustissimum  
Sistere, cordis intima  
Qui sensa, qui dicta, omnium  
Qui facta nouit omnia:  
Hac vera, certa indicat  
Mens, & relictis omnibus  
Summo beato numini  
Seruire totis viribus  
Exoptat, ardet, nititur.  
Sed heu misella, sordida  
Affixa terræ inaniter  
Laborat: cia agere subueni  
I E S V benigne, subueni,  
Tuamque dextram porrige.  
Tu morte mortuum tua  
Olim euocasti ex inferis:  
Nunc vita me viuum tua  
Perire ne rursum sinat.  
Humana fac spernam omnia,  
Nudumque te nudum sequar,  
Et ponderosi corporis  
Me solue tandem nexibus:  
Vt pura mens, & integra,  
AENO potita cœlitum,

DE REBUS DIVINIS.

Te sancte, & optimum patrem,  
Et sempiternum Spiritum  
Laudare nunquam desinat.  
IESVS suorum supplicum  
Tutela, portus, gaudium,  
Que tota mente deprecor  
Concedet: ipse gratias  
Agam benigno numini,  
Eiusque laudes pectore  
Latante semper concinam.

QVAM SIT DVLGIS  
& salutaris vulnerum & tormento-  
rum Christi a sadua meditatio.

IESV tuorum vulnerum  
Cruore sancto pascere  
Me queso nunquam desinas.  
Me sanguis iste roborat,  
Dulceque replet gaudio:  
Hoc est amoris poculum  
Celestis, omnes sordidos  
Pellens amores: ebria  
Hac potione mens, sui  
Et omnium fit immemor  
Quisecunque mundus continet,  
Deum que solum cogitat,  
Tuumque amorem feruide,

CARMINA.

Immense, nulli effabilis  
Amor, beatis sedibus  
Tu maximi natum Dei  
Deducis, ipsique induis  
Mortale corpus: asperam  
Dein tollis illud in crucem.  
Amabili, dulcissime  
Amor meis insensibus  
Tantas amoris excita  
Flammis, ut vstis nexibus  
His ponderosi corporis,  
Alis tuis ad optimum  
IESVM beatus aduoleam.

ORATVTV CHRISTI  
benignitate sibi liceat pie, sanctis-  
que vitam agere.

TVTELA presens omnium  
Qui mente pura te colunt  
Da queso, nil vt cogitem,  
Agam, loquar, quod numini  
Tuo placere non queat:  
Comis, benignus in bonos  
Malsique sim, ne degener  
Sim natus optimi patris,  
Qui solis almo lumine

DE REBUS DIVINIS.

Illustrat omnes, omnibus  
Potum, cibumque sufficit.  
Legum tuarum per vias  
Me continenter dirige,  
Bonique quicquid egero,  
Id esse totum muneris  
Tuisciamque & predicem.  
Seu febris artus pascitur,  
Seu miles vrit impius  
Domum paternam, dicere  
Laudes tibi ne desinam,  
Sed cuncta numinis tui  
Nutu regi nil ambigens,  
Vnam quietus filios  
Dei secunda & aspera  
Iuuent oportet, gloriam  
Tuam, patriſque maximi  
Mea saluti praeferaui:  
Nec vlla res optatior  
Queat mihi contingere,  
Quam contumelias pati  
Te propter: ipsa carior  
Sit luce mors: vt corpore  
Exutus, ad tui volens  
Regni beata gaudia.

CARMINA.  
GRATIAS AGIT  
Christo, cuius beneficio e maximis  
periculis sit ereptus, & ad  
viam salutis reuocatus.

O Lux beata caelorum,  
Mortalium fidiſſima  
Tutela, quas agam tibi  
IES V benigne gratias?  
Vt olim aberrans a grege  
Ouis misella saltibus  
Formidolosis delitet,  
Voranda mox rapacibus  
Feris: inserrimus omnium  
Sic ipse, per mala omnia  
Cecus ruebam, candida  
Cum lux beati Spiritus  
Tui refulsit, & via m  
Quae ducit ad felicitum  
Aeterna regna caelorum  
Manstravit: ista lux meae  
Mentis tenebras dispulit,  
Cordi meo dulcissimi  
Facies amoris ista lux  
Infixit: illo ex tempore  
Te sancte totus ardeo,  
Te quero amore sanctius,

DE REBUS DIVINIS.

Videre vultum candidum,  
Tuis frui complexibus  
Mens ardet, ipsa iam nihil  
Te præter unum cogitat :  
Non sic decentem virginem  
Furens amator deperit,  
Non sic tenellum filium  
Parens uterque diligit.  
Amoris aestu liquitur  
Cor molle, ut olim feruidis  
Perussa cera solibus.  
O flamma mentem frigerans,  
Omnesque labes excoquens,  
Me semper in dies magis  
Incende, perge adurere,  
Consume, totum verteris  
Me donec in faces tuas

QVERITVR MAGNAM  
hominum partem, relicto Christo re-  
bus inanibus studere.

IESV beate, si tuo  
Amore sancto perfri  
Quàm dulce sit, cognoscere  
Qui res inanes diligunt,

CARMINA.

O quàm sua dementia  
Taderet ipsos, vulnera  
Acerba corporis tui  
Tanta fluunt dulcedine,  
Ut quisquis illa suserit,  
Opes, honores, omnia  
Amata iam fastidiat,  
Deique sola gloria  
Latetur, oblitus sui :  
Sed caeca gens his fontibus  
Praefert lacunas lutidas  
Et pestilentes. Gratia  
Magna tibi IESV maxime,  
Qui me tuo purissimo  
Laudas, atque sanguine.

PRÆDICAT SE SINE  
tutela Christi in mala omnia  
præcipitem ruere,

TE sancte IESV supplicii  
Adoro corde : cor tibi,  
Meamque mentem dedico,  
Ut bimulus puer sua  
Custode si caret, sibi  
Magna creat pericula :

DE REBUS DIVINIS

Sic ipse, si desit tui  
Tutela praesens spiritus,  
In cuncta praecipitem mala,  
Dulcis, benigne spiritus  
Me quaeso totum posside,  
Tuaque flamma incendio  
Amore cor, illumina  
Mentis tenebras, excoque  
Quodcunque inhaeret noxij:  
Fac semper in te gaudeam,  
Opes, honores sordent,  
Summiq; patris gloria  
Sit luce carior mihi.  
Seu pascit hortus lumina  
Florum colore gemmeo,  
Seu fons insurrans vitreis  
Delectat undis, illico  
Vox surgat in laudes Dei.  
Sol, luna, fulgor siderum,  
Lapsus perennes amnium,  
Formosa sylva, frugibus  
Ager redundans, omnia  
Quaecunque cerno, maximam  
Sancti, beati numinis  
Benignitatem cernere,  
Manuq; tractare faciant:  
Hinc ipse discam, comiter  
Omnes iuuare, nemini

CARMINA.

Nocere, purus, integer,  
Deoque carum exigam  
Quod restat aui: transuolans  
Deum summa cali sidera,  
Errar perenni gaudio.

DE ARDENTI  
amore suo erga:  
Christum.

AMORE totus languens,  
Nec vlla iam datur quies,  
IESU benigne iam meam  
Solare mentem, candidos  
Ostende vultus, lumine  
Tuo beata lumina  
Fac mea, nec osculum precor  
Amans amanti denega,  
Tu sponsus es anima mea,  
Te querit illa, lachrymis  
Te continenter inuocat.  
Tu sancte, mortis è manu  
Tuo redemptam sanguine,  
Tutque amore sauciam,  
Odise certe non potes:  
Ergo misella cur tua  
Dulcedinem praesentiae

DE REBVS DIVINIS

Non sentit? ah cur supplices  
Venti querelas dissipant?  
Sed tu licebit anxio  
Amantem amore torq̄neas,  
Non illa amare desinet:  
IESV tui tabescere  
Amore, res dulcissima est.

COMMENDAT ANI-  
mum suum Deo, magnitudine mor-  
bi in extremum vitæ pe-  
riculum adductus.

RECTOR beate calitum,  
Qui sic amas mortalium  
Salutem, vt almi filij  
Cruore sancto laueris  
Peccata eorum, suscipe  
Serui precantis Spiritum,  
Qui fretus vnica tua  
Benignitate, languidos  
Artus libenter deseris,  
Vt alta celi sidera  
Potens fruatur optime  
Pater, tua presentia,  
Et sempiterno gaudia.

AD MARGARITAM  
HENRICI GAL-  
lorum Regis sororem.

PVDICA virgo Regie  
Stirpis propago nobilis,  
Ornata sanctis moribus  
Et literis, et ingeni  
Decore fulgens, scripsimus  
Hæc, insideret aridis  
Cum longa febris artibus:  
Iis addituri plurima,  
Nimens granata corporis  
Laboribus languesceret.  
Sed tu puella candida,  
Cælestis ardens ignibus  
Amoris, vt mens augurat,  
Libentius hunc perleges  
Paruum libellum, sed pium,  
Quæ n̄ prisca vatum carmina  
Nugis referta inanibus.



CARMINA.

PARAPHRASIS  
in carmen Davidis de morte  
Saulis Iudæorum regis,  
& Ionathæ  
eius filij.

VRBES & agri fundite  
Lamenta, tristes sidera  
Ad alta vocet tollite,  
Nostrum decus gens impia  
Extinxit, altis montibus  
Gens clara bello procidit:  
Ne quæso Fama compitis  
Hæc Ascalonis, aut Getbi  
Perfer, puellas hostium  
Ne tanta clades ad choros,  
Cantibusque latos excitet.  
Abominata Gelboë  
Nec ros, nec imber educet  
Herbam tuam, neque in tuis  
Iucunda vitis, aut seges  
Pubescat unquam montibus:  
Hic heu relictiis parmulis  
Phalanx piorum militum  
Fugata turpiter cadit,  
Hic dux cruento in pulvere  
Procumbit, ac si non foret

DE REBUS DIVINIS

Gentis pia rex inclytus  
Sagitta nunquam Ionathæ,  
Cum seua obiret prælia,  
Ictus ferebat irritos,  
Sagitta velocæ, fortium  
Potare docta sanguinem.  
Nec hostis unquam vel pede,  
Velequo tulit sese obuius  
Impune, cum Saulis manu  
Ensem rotaret impigra.  
Saulis parens, & Ionathæ  
Parentis inclyti decus,  
Iucundi, atque amabilei,  
Vos non diremit impiæ  
Vix dura mortis, copula  
Quos vita dulci iunxerat.  
Non fortior vobis leo  
Errat Libyæ vallibus,  
Regina non animum ocyor  
Vobis, fugacè præpete  
Penna columbam persequens.  
Vos ô decoræ virgines,  
Quas induebat coccoina  
Rex veste, quas monilibus  
Ornabar aureis, date  
Vestro miselle lacrimas  
Regi, miscuæ tristibus  
Sonent quærulis omnia.

DE REBUS DIVINIS

Vt militum ferocium  
Infracta virtus concidit.  
Vt Ionatha fortissime  
In montibus tuis iaces  
Confossus alto vulnere!  
Has fundo lachrymas tibi,  
Et hæc ab imo pectore  
Suspiria, frater mihi,  
O luce cara dulcior  
Amate Ionatha mihi,  
Quantum nec ardens candidam  
Amans puellam depèvit,  
Quantum nec vnicam parens  
Tenella natam diligit.  
Vt militum ferocium  
Infracta virtus concidit!  
Vt Ionathas acerrimus  
Parente cum fortissimo  
In montibus cæsus iacet!

AD PETRVM CARNES-  
secum de Margarita Henrici  
Gallorum Regis  
sorore.

M. Antonius Flaminius.

O FOELIX mea ter quaterq; Mu-  
Cuius verficulos puella regis (sa,  
Maximi soror, vtriusque lingua  
Peritissima cantat: hoc beato  
Nuntio super alta sustulisti  
Cæli sidera Carnefice carum,  
Verustum, vnanimem tuum sodalem.  
In nunc pessime liuor, i, libellos  
Meos carpere perge, Margarita  
Dum me iudicio suo tuetur,  
Vos tantum, & maledicta vestra cura  
Mordaces critici, Libysa quantum  
Latrantis catuli læna vocem.

# PETRVS VICTOR

rius Reginaldo Polo, Car-  
dinali Anglo.



**N**ON eo cōsilio, vir op-  
time & amplissime, ca-  
lamū sumpsi, vt te cōso-  
larer, dolorēq; illum  
minuerē quē cepisti ob-  
interitum M. Antonij Flaminiij, probi  
hominis, ac summis ingenij dotibus  
præditi. neque enim tātum mihi tribuo,  
vt fortem virum, vsuque ac doctrina  
nostræ imbecillitatis peritum, audeam  
monere: aut tibi eripio, quem scio nul-  
lo negotio, quicquid remediū huic malo  
adhiberi potest, per seipsum inuentu-  
rum: sed vt tecum aliquātulum de gra-  
ui hac plaga per literas loquerer, quæ  
cunctos optimarum artium studiosos

merito perculsit. in quibus cū ipse infe-  
riorē locum teneam, acumen iam eni-  
genij illius, viri sanctitatem, præcla-  
ram eruditionem, morum elegantiam in-  
primis dilexerim, vel suspexerim po-  
tius: non potui mihi temperare quin  
ægritudinem parerem, ac de communi  
hoc damno tecum quererem. Amisimus  
enim morte illius florem poetarum,  
decusque ac splendorem huius seculi,  
quod ille mirifice ornabat, ac plurimis,  
maximisque virtutibus suis illustrabat.  
Hæc autem de aliquo prolata, non me  
fallit exuperantiam quandam amoris  
redolere, ac valde commotum animum  
eius qui dicit indicare. Quæ tamen de  
Flaminiio edita, nedum nimis quam o-  
porreat laudem eius efferār, non plene,  
integrèque videntur illum explanare:  
constat enim ipsum non cæteris tantum  
poëtis nostræ ætatis facultatem con-  
dendi carminis præstitisse, sed vete-

rum etiam Latinorum gloriam, & va-  
rietate poematis, & elegãtia adæquas-  
se. Quanta autem fœlicitate ingenij, ob-  
scuros sensus veterum scriptorum, &  
aut breuitate verborum, aut huiusce-  
modi aliqua caligine inuolutos explica-  
re potuerit, eadẽmque dilucidè ac co-  
piose tractare, nihil attrinet docere, cũ  
illi ipsi Græco homini, qui omnium iudi-  
cio huius rei palmam olim reportauit,  
non cesserit: quod & cantus Hebræo-  
rum poetarum ab ipso expressi, & duo  
decimus Peripateticorũ principis liber  
de prima philosophia declarant. Te  
verò potissimum delegi, apud quem  
mœrorem meum testarer, cui scio mor-  
tem illius valde molestant fuisse, & cõ-  
mune hoc damnum spectãti, & multis  
voluptatibus (quas quotidie è venusta-  
te illius, suauissimãque consuetudine de-  
cerpebas) carenti, cum eũ domi tuæ ale-  
res, in coetũque honestissimorum tuorũ  
sodalium haberes. Fuit enim sepe hoc

virtutis tuæ singularisq; bonitatis, vt  
studia literarũ foueres, præstãtesq; illis  
viros vehemẽter amares, atq; oĩbus qui-  
bus posses cõmodis augeres: ac quem  
audiui omnia sedulò colligere, quãtan-  
tum dolorem valeãt mitigare: firmam-  
que illius memoriam in animo tuo im-  
primeres, cum formam etiam oris ip-  
sius diligẽter olim apud nos expressã  
hinc accieris, simulacroque hoc et-  
iam corpore putaris te posse adiua-  
ri, animi nãque effigies, imagoque vite  
extingui, delerique è pectore tuo non  
potest: præter enim quãdã factã  
Flaminij honestã, grauesq; voces  
assidue tibi arbitror obuersari, moni-  
menta ingenij ipsius quasi speculum in-  
dolis, nunquam eam patientur euane-  
scere, neque ex animo tuo tantum, sed  
eorum etiam omnium, qui non omnino  
auersi à Musis sunt, nec omnium deli-  
ciarum, ingenuarumque voluptatum

rudes. Nam tibi magnam, certamque  
consolationem accepi attulisse, quod san-  
cte ille, pieque discessit e vita, atque ea  
constantia mentis, et alacritate, quæ ab eo,  
qui ita, ut ille vixisset, ac vera religio,  
ne imbutus esset, solo poterat expectari.  
hoc enim quod aliis fortasse maiorem  
dolorem inuississet, cum cogitarer se  
tali amico orbatum, sapientiæ tuæ non  
paruum solatium attulit, quæ, vidit ip-  
sum illo extremo tempore, se, ut Chri-  
stianum decet hominem, gessisse, ac ho-  
nestè actæ vitæ, finem similem addidis-  
se. Ipse certe qui non eo robore animi  
sum, neque tam altè in vera pietate rati-  
dices egi, conflictor magnopere, et ex-  
ptum nobis esse talem virum, qualem  
fortasse nunquam futura ætas videbit.  
Quod si damnum tantum, spectemus, quod  
fecimus, minoribus ipsius laudibus, tan-  
quam luminibus quibusdam, extinctis,  
iactura hæc acerba, luctuosaque admo-

dum est, nedum si exemplar humanæ  
probitatis ablatum nobis cogitemus:  
et tamen omnia sunt æquo animo ferē-  
da, quæ nos infirmitatis nostræ admo-  
nent. His verò, qui ea gravitate animi,  
scientiæque Christianæ pietatis, qua tu,  
ornati, instructique sunt (qui tamē pau-  
ci sunt) non ferendæ enim, verum etiam  
contenendæ. Quare gaude tuo isto exi-  
mio, præstantique bono, utreeq; his ar-  
mis ad huiuscemodi fortunæ impetus  
propulsandos: nobisque ignosce, qui  
humi adhuc strati, his vulneribus tole-  
randis pares non sumus, ac omnia de-  
niq; tenui imbecillòq; animo iudicamus:  
præcipuè autem mihi qui non tantum  
me ab atroci hac plaga, ægritudineque  
confici passus sum, sed in aliū etiā im-  
mentè, partè eius cõieci, ac magnitudine  
doloris mei, dolorem etiam tuum exci-  
taui. obductamque fortasse iam cicat-  
ricem sine causa refricauit. Vale.

REGINALDVS POLVS  
Cardinalis Anglus Petro  
Victorio.

Q VANTO dolore af-  
fectus fueris, vel mœro-  
re potius ex Flaminij  
nostri morte, optimi &  
doctissimi viri, facile ex  
tuis literis intellexi: in quo quidem  
declaras, non modò quantopere illum  
dilexeris, quantique feceris, sed quan-  
tum etiam ipse ob humanitatem istam  
amandus sis Nec verò hoc obscurum  
ingenuæ naturæ & probitatis tuæ si-  
gnum ac testimonium est, quòd homo in  
iisdem studiis, in quibus ille excelluit,  
magna cum laude tot iam annos versa-  
tus, equalis tui obitum tam amanter de-  
fles, & eiusdem ingenium ac mores  
summis effers laudibus. Sed quæ tu de  
Flaminij ingenio ac præstanti in opti-

marum artium studiis laude commemo-  
raſti, ea tibi & cuius ex var iis illius,  
& elegantissimis scriptis equè ac mi-  
hi cognita esse potuerunt. Illa verò quæ  
maiora sunt ex eius laudibus propter  
intimam, quæ mecum illi fuit, consuetu-  
dinem, & assiduam multorum anno-  
rum conuictum atque vsum, & faci-  
lius animaduersa à me, & perspecta  
sunt certius. neque enim quemquam  
mibi videor aut maiore erga Deum  
pietate præditum cognouisse: aut ab  
omni earum rerum, quas vulgò homi-  
nes admirantur, cupiditate remotio-  
rem: aut denique in omnibus Christia-  
næ charitatis officiis diligentio-  
rem. Itaque tali viro extincto, quem ego  
vnicè diligebam, & à quo me summo-  
pere amari sentiebam (si modò extin-  
ctus is est, qui morte immortalitatem  
comutauit) negare non possum quin ip-  
se quoque grauiter sim commotus: &

cui superioribus temporibus plurime  
alio calamitates inciderint, hanc nulla  
ferè earum leuiorem esse existimarim,  
Quòd si tu propter admirationem il-  
lius probitatis atq; doctrinæ grauitèr  
eius morte doluisti, quid me tandem fa-  
cere par est, qui iis ipsis bonis assidue  
fruebar? quique præterea ex suauissi-  
mis eius sermonibus summam iucundita-  
tem, ex amantissimis consiliis maximū  
fructum in omni actionum mearum ge-  
nere capiebam? Sed tamen qui rebus  
aduersis perferendis, Deo iuuante,  
iam pridem assuefacti sumus: quique  
omnia, quæ uoluntate diuina eueniant,  
non forti modo, sed æquo etiam animo  
patiendā nobis esse statuimus: hoc no-  
strum incommodā grauissimāq; ia-  
cturam eo ferimus animo quo debemus.  
Tantum uerò abest ut illius uicem do-  
leamus, ut etiā ipsius causa gaudendū  
esse intelligamus. Etenim cui magis pro-

pitū ac placatū Deū fuisse, cuius faci-  
lius aditū ad æternam et beatam illam  
uitam patuisse censendum est, quàm ei  
qui (ut ipse quoque de eo sentis) et in-  
tegrissime semper, ac castissime uix-  
erit, et ex hac uita piè, sanctèque dis-  
cesserit? Profectò illius obitu dolere,  
inuidenti esset potius, quàm amanti.  
Quare te quoque hortor, ut cum is  
tam præclarè uitæ suæ cursum conse-  
cerit, hac cogitatione desiderium quo  
ex illo afficeris, lenias: quod facilius  
etiam assequere, si iis literis, quæ ut  
sunt, ita appellantur sacræ, aliquid tui  
studij et temporis impertieris, ex qui-  
bus (id quod ipse expertus confirmare  
possim) præter suauissimum quendam  
animi fructum ac voluptatem, quam  
percipies, omnia quæ euenire homini  
possunt incommoda (modo omnis spes  
nostra in Deo fixa teneatur) non tole-  
rabilia solum esse, sed ad salutem etiam

animorum vim habere maximam intel-  
liges. sed hæc hæctenus. Ego & tuum  
scribendi ad me consilium amaui, quod  
charissimam mihi, & iucundissimam Fla-  
minij memoriam (quanquam ea quæ  
dem, quoad viam, ex animo meo es-  
fluere nunquam poterit) excitaris: &  
de te iam pridem ita sentio, vt eo amisa  
so, non paruum Italiae in tua excellenti  
doctrina ornamentum positum esse ar-  
bitrer. Eo porro sum in te animo, vt si  
quam ad rem opus tibi opera &  
studio meo fuerit, ea tibi, vt ab

homine talium virorum,

qualis es tu, vehem-

enter cu-

pidos

parata esse pollicear.

Vale, meque

ama.

## DE PARAPHRASI

Antonij Flamini in tri-  
ginta Psalmos.

Sacra Syra canit ad citharâ qua carmina David,  
Ad citharam hæc recinit Flaminius Latiam:  
Vtraque docte legens dices, in viroque relucet  
Par lingua candor, par pietas animi:  
Creditur ille quidem sancto cecinisse furore  
Percitus, hic eodem digna furore canit.  
Lectori esse rudi poterit sed carior: est nam  
Clarius obscuro Davide Flaminius.  
Magno magna Deo debetur gratia cuius  
Præclarum hoc magno numine surgit opus.

Sancta Palestino quæ sunt sibi condita versu,  
Edidit hæc doctus carmina Flaminius.  
Hoc dace sacra colest Muse iam templa Latina,  
Hæctenus à templis quæ procul absuerant,  
Errare in sylvis assuetæ, ac montibus altis,  
Turpis eas ratum quod furor impulerat.  
Quam decet hæc castas ornari veste puellas!  
Quamque decet sanctas carmina sancta deas!  
Aulus erit deus quisquis eas violare prophanus,  
Obsceno maculans ora pudica sono,  
Sentiat iratas merito sauire Camænas,



*Plagitiq; feret premia digna sui.  
At tibi Pierides sancte, diuine potia  
Munera dent magna pro pietate tua :  
Largius vt manans diuina hec vena, salubres  
Dauidis è puro flumine fundat aquas.*

**F I N I S.**

